



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Homili-||arvm Sive Sermo-||num doctissimi uiri loh. Eckij
ad-||uersum quoscunq[ue] nostri || temporis hæreticos,||
super Euangelia || de tempore || ... Tomvs ...**

... à Pascha usque || ad Aduentum,|| ...

Eck, Johannes

1534

VD16 E 292

Dom. XXII. post pent. Eu. Erat quida[m] regulus. Iohan. 4 Homilia una

urn:nbn:de:hbz:466:1-35259

Induc hic, si uis, exemplum Gregorij de tribus
amicis suis.

DOMINICA VIGE

SIMASECVNDA A FESTO

Pentecostes, Euangelium

Iohan. III.



IN illo tempore erat
quidam regulus, cuius
filius infirmabatur
Capharnaum. hic cum
audisset quia Iesus ad-
ueniret à Iudæa in Gali-
læam, abiit ad eum &
rogabat eum ut descen-
deret, & sanaret filium
eius. incipiebat em̄ mo-
ri. Dixit ergo Iesus ad e-

Matth. 8
Luc. 7

Matth. 9
Marci. 5
Luc. 8

um: Nisi signa & prodigia uideritis, non credi-
tis. Dicit ad eum regulus: Domine, descende pri-
usquā moriatur filius meus. Dicit ei Iesus: Vade,
filius tuus uiuit. Credidit hō sermoni quē dixit
ei Iesus, & ibat. Iam autē eo descendente, serui
occurrerunt ei, & nunciauerunt, dicentes quia
filius eius uiueret. Interrogabat ergo horā in q̄
melius habuerit, & dixerunt ei: Quia heri hora
septima reliquit eum febris. Cognouit ergo pa-
ter, quia illa hora erat qua dixit Iesus, filius tuus
uiuit. & credidit ipse, & domus eius tota.

• VV ii

- Gregori^o.** Quando euangelica hæc lectio historia mera est, quæ dominus suam tum diuinitatem tum omnipotentiam declarauit, minus longa indiget enarratione: ne tamen illam omnino transgrediamur intactam, parantice eam saltem percurramus. Erat quidam regulus, regulus inquam, siue quæ regio esset genere, siue alia principatus dignitate fungeretur. Eius filius infirmabatur Capharnaum, qui morbus filij patrem sanauit in mente: quoniam cum audisset magnum miraculum à Christo exhibitum in factum ex aqua uino, multum quidem Christo tribuit: sed tamen minus adhuc, si diuinam Christi maiestatem respicias, sicut deinceps dicturi sumus. Capharnaum autem tantumdem est, ac si dicas, uilla consolationis. Audiens ergo ille dominum uenire ex Iudæa in Galilæam, adiit eum & rogauit, ut descendens sanaret filium eius. unde constat, quod is quia
- Cyillus.** ignorabat Christum natura esse deum, illum ut hominem adiit: & tamen dominum uocat, de cuius magnifica presentiebat dignitate. Quoniam si credidisset posse Christum solo uerbo sanare filium suum, non opus fuerat rogare eum ut descenderet ad illum. Constat etiam hinc, quanto perfectior fuerit centurio ille hoc regulo: quoniam iste non tantum non petiit, ut ueniret dominus ad seruum suum: sed & ipsum per se uenire uolentem admittere noluit, indignum ratus esse se, sub cuius tectum ille ingrederetur: multo autem debiliorem fidem habuit hic regulus, dum putabat non posse Christum nisi coram sanare filium suum. Dixit ergo Iesus ad eum:
- Gregori^o.** Nisi signa & prodigia uideritis, non creditis. ubi Gregorius ait: Qui filio suo sanitatem querit, etiam credidit: credit igitur etiam prius quam signum in filio suo uideret. Si autem petitionem illius recte aspiciamus, uidemus eum in fide dubitasse, dum corporalem domini presentiam desiderauit, qui spiritu ubique est, perfectus enim nouisset nullum locum esse in quo deus non esset. Et hic quidem reguli error fuit, quod putauit Christum corpore absentem sanare non posse filium suum. In eadem consimilis erroris nauis fuit & Naama Syrus, qui indignabundus dixit, Putabam quod Eliseus egredereetur ad me, & sias inuocaret nomen domini dei sui, & tange-

vet manu sua locum lepræ, & curaret me. Neq; multum ab hoc errore abfuit Martha, cū diceret: Domine, si fuisses hic, frater meus nō fuisset mortuus. **Johan. 11.**

¶ Possent hic iam porro multa queri. Primum, quando constat signis hominem adduci ad credendum, cur tandē hic regulus eo reprehēditur, quōd signum petierat, iuxta illud quod Christus ipse ait: Si non opera fecissem, quæ alius nemo facit, peccatum non haberent? Respondetur q; hic iam audierat de grandi illo miraculo transmutati uini in Chana, cum hæc loqueretur domino, & quis dubitet ipsum quoq; fuisse Hierosolymis in festo paschæ, quando multa miracula fecerat dominus? quamobrem honestius etiam ipsum exceperant Galilæi. Atq; super hæc omnia non perfecte credidit regulus iste diuinitatem Christi & omnipotētiam, ut sic merito eū reprehenderit dominus. **Johan. 11.**

2. ¶ Suspiceretur adhuc quispiam, unde infidelitatis in simulet Christus regulum istum, qui si non credidisset, sequutus eum non fuisset à Galilæa usq; in Chanam. Credit ille sane, ut iam diximus, & plurimum Christo tribuit, sed quæcunq; ea fides erat, inconstans certe & multū uaria erat, dum non credebat dominum esse ubiq; & ibi operari posse, ubi etiam corporaliter nō esset præsto: qd; virtute propria curare posset filium suū, sed per intercessionem tantum, & contactum infirmi, sicut de Elia & Eliseo legitur. Id omne quicquid erat, superstitio certe magis q; fides erat, unde & reprehensionem merebat. Herum cogitet quispiā apud se: non admodū dehonestārat regulus hic dominum, quōniam quod centurio per mediū petijt ab illo, hoc iste sine medio rogauit ab eo personaliter sibi præstari. Ad hoc quoq; prompta nobis responsio est, quoniam omniū potentissima uirtus est & fortitudo, quæ ubiq; operatur ipsa sine medio: quo quæcunq; utitur, minus tum perfecta tum potens esse cognoscitur. Credidit igitur centurio posse dominum sine medio omnia operari, omnesq; illius imperio subditas esse creaturas, magis quàm sui sibi parerent serui. Dominum igitur maximā dignitate adfecit, illiusq; uirtutem potentissime confessus est, quæ citra mediū operatur ubiq; quod hic regulus nō cognouit, atq; ideo centurio laudem, regulus autem me-

rui reprehensionem. Sequitur inde, nō eo redargutum a domino regulum, q̄ sanitarum filij sui pereret, sed ob fidei suae imbecillitatem. unde & nos monemur in necessitatibus nostris cōfugere ad dominum, & ab eo opem petere, iuxta illud: Ad dominum cum tribulaber, clamaui, &

Psalm. 119. itidem istud Iosaphat, **Quum** quid agamus nescimus, hoc unum habemus, ut oculos nostros ad te dirigamus o deus,

2. Parag. 20. Clamātes autem ad dominum, oremus cum fiducia maxima, spe robusta, integra & infracta fide, docēte id ipsum

Jacobi .1. nos **Iacobo:** Si quis ex uobis indiget sapientia, postulet a deo qui dat omnibus affluēter, nec cuiq̄ exprobrat, & dabitur illi, oret autem in fide, nihil hāsītās. Magna igitur & fortis fiducia clamemus semper ad dominum, nihil cum hoc regulō hāsītantes in fide. **Multum** durus est huic regulō

Augustin. beatus Aug. aitq̄ hominem eum fuisse in fide tepidum aut frigidum aut omnino nullum, sed quia audierat undiq̄ signa & miracula Christi prādicari, uoluisse tam ipsum famae huius periculum facere in filio suo, an rumori responderent opera eius, quantumq̄ posset ille prāstare, quod si ita esset, quid mirum si tam duriter sit a domino reprehensus? Eius rei argumentum hoc quoq̄ est, quoniam comperito iam illo ex sermone domini, q̄ filius suus uiueret, sermō sibi obuiantem statim de hora interrogauit, qua reliquisset eum febris, probaturus hoc modo an aliās quocunq̄ pacto uel etiā fortuito aut ex praecepto & imperio Christi sanatus fuerit.

Chrysof. Sunt alij qui miris tractent hunc regulum, excusantes eum, dicentesq̄ loquutum hic esse Christum nō de persona reguli, sed de ipsis in uniuersum Capharnaitis, ex quorum ciuitate & hic regulus exiit. **Vel** sic, q̄ hoc sermōe Iudaeos uoluerit conuertere gentibus, eo quod Samaritani uerbis Christi sine miraculorum exhibitōe crediderint, q̄d paulo ant̄ hoc euangelium Iohannes ostendit. Putant ergo generaliter loqui dominum, **Nisi** signa uideritis.

Johan. 4. Quicquid aut̄ sit hoc, & ut maxime Iudaeos in uniuersum omnes reprehenderit hic dñs, cōstat regulum hunc ex eorū q̄c̄ fuisse numero, q̄s Christus ad fidem cōuertere nō potuit, nisi miraculis, sicut Paulus Iudaeos signa, **Græcos** autem

2. Corin. 1. sapientiā ait appetere. (ideo nō assentior **Lyræ**, q̄ si

erit gentilis) Quo pacto autem signa data sint infidelibus, quoque modo confirmet uerbum dei, audietis in festo ascensionis domini.

3. ¶ Paulo melius age tu mihi iam hæc exige uerba. Regulus rogat dominum, ut sanet sibi filium suum: contra dominus illi infidelitatem obicit, quasi diceret, Aegrotus quidem est filius tuus & graui morbo decumbit, sed tu adhuc durius laboras. tuque filii tui petis sanitatem, ego etiam te magis sanum uellem, ut crederes. Manens autem & perseuerans in sua exigua illa fiducia regulus, dixit ad dominum: Domine, descende priusquam moriatur filius meus. Reprehenderit eum dominus, sed ipse se non emendabat, nimium festinans, & ueritus ne si moreretur filius, actum esset, nunquam resurgeret etiam a domino resuscitatus, cum tamen Christus ille ipse sit, de quo Paulus ait: Posui te ante deum cui credidisti, qui uiuificat mortuos, & uocat ea quæ non sunt tanquam ea quæ sunt. Sed quid est hoc quod dicit ad eum dominus, Vade, filius tuus uiuit, nisi quia humana superbia hic retunditur, qui in hominibus non naturam qua ad imaginem dei facti sunt, sed honores & diuitias ueneramur: dumque presamur quæ circa eos sunt, negligimus pensare ipsos. Aliter longe redemptor noster, qui ut ostenderet contemnendum esse bonis omnibus, quicquid mundanis pro bono habetur, renuit uenire ad filium reguli, & ultro se obtulit descendere ad seruum cæturionis. Non facit hoc humana superbia, longe insolentior quam ut se demittat ad mancipium & abiectum seruum, cum interim filius dei ex sublimibus caelorum demiserit se ad occurrendum seruo aegrotanti: & nos qua sumus insolentia, ex luto terræ compacti, nolumus nos mutuo humiliare in terris. Atque hoc est quod pharisæos redarguit dominus, eo quod se coram hominibus iustificaret, agnoscere interim deo corda eorum: quoniam quod sublime & excelsum est hominibus, abominatio est coram deo. Vade, inquit dominus, filius tuus uiuit. Non semper iniquam dispositionem nostram respicit dominus, sed ipse tanquam deus uerus auxiliatur etiam peccatoribus. unde & Christus hic ipso opere docet ignorare, dicit ei quod petierat contra omne meritum suum. Nam cum ait, Vade, uolebat ei persuadere fidem: cum subdit, filius tuus uiuit, largitur quod optauerat, &

VV iij

Rom. 4

Gregor. 7

utrunq; quidem maiestate magna. quasi diceret, Vade, nō credis tu dum mecū es, agnosce me deum, uiuit ecce iam filius tuus. quanto inferior centurione est hic regulus: ille tantam tum fidem, tum humilitatē, tum deuotionem habebat, ut etiā nolentē eum dñs corporali sua præsentia cohonestaret: huius autē infidelitatē dū erudiuit, simul ad fidem erexit. Ad hæc inducit Augustin⁹ illum Pauli locum: Quod si aliqui ex ramis fracti sunt, tu autem cū oleaster esses, insertus es in illis, & socius radice & pinguedinis oliuæ factus es, noli gloriari aduersus ramos. Radix in patriarchis est, manetq; sancta. rami autē Iudæi, q̄ infideles & superbi cōfringunt: quicq; de oleastro sunt gentiles, inseruntur ecclesiæ dei. ita fir, ut naturali ramo Iudæo exciso, q̄ de oleastro fuerat, gentilis iste cetero insereretur, adeo ut diceret dñs, tãtã fidē nō inuenisse se in Israel.

Augustin.
Roma. 11

¶ Sequitur in euāgelio, Credidit homo sermoni, quē dixit ei Iesus, & ibat. Sic duos ille ipsē uerbis curauit, nã & reguli aīm ad fidē induxit, & à corporis morbo adolescētē eripuit. Atq; hinc patet, quō crescat fides. (licet hæretici derideāt intēssiones formas; spiritualiū) parū em credidit hic regulus, nō uēturus ad dñm, nisi credidisset. credidit amplius, qm̄ ad yba Christi regredit in Capharnaū, tãdem credidit in integrum, quando comperit filiū suū sanatū esse ea hora, qua dixerat ei domin⁹, filius tuus uiuit.

Cyillus.

¶ Quantū porro antea regulus hic infirmiter, ut ipse ueniret dñs, tam parū iã curauit, totaq; illa opinio excidit, credēs etiã absentē posse curare dominū filiū suū, per efficac illud & omnipotēs uerbū suū, iuxta illud sapiētis:

Sapi. 16

Nec herba neq; malagma sanauit eos, sed tuus dñs sermo qui sanat omnia. qd etiã agnoscēs Dauid, dixit: Misit uerbum suū & sanauit eos. Ita ille iã credidit uerbis Christi,

Psalm. 106

atq; reuertēti ex Chana in Galilæã, occurrerunt serui sui, allaturi ei nunciū bonū, q̄ uiueret iã filius suus. Serui autē foras nō ut nūciaturi tm̄, sed ut superfluū fore Christi aduentū dicerēt, obuiã ierant. Theophylactus putat obstupescitōs repentina morbi mutatione seruos occurrisse domino, qm̄ nō cōmuni febricitantiū more sanatus ē, sed subito omnino & repente: unde cōstaret esse hoc Christi,

Chrylost.

no natura opus. Cyillus, Serui, inquit, occurrerūt, ueloci-

Theoph.

no natura opus. Cyillus, Serui, inquit, occurrerūt, ueloci-

Cyillus.

tatem & uim uerborum Christi adnunciantes, domino sic dispensante, ut ab euentu rerum reguli fides confirmaretur. sequit. n. Interrogauit horā ab eis in q̄ melius habuerat. & dixerūt ei: Quia heri hora septima reliquit eum febris, connumerando horas more Iudaeorum simul cū die. Et hoc p̄cipue obserua, q̄ dicunt serui, filius tuus uiuit, sicut antea dominus dixerat, uel dispone nre sic uoluntate diuina, uel q̄ illi iā de uita sua desperauerant, & pro mortuo eū habebāt: sicut & pater dño pr̄dixerat, incipere eū iā mori. Aiunt ergo, filius tuus uiuit, q̄ si dicerent. Iam mortuus erat, & rursus uiuit. & addit, reliquit eū febris, quo poterant & ipsi ad fidem serui adduci.

¶ Nunc tandem agnouit regulus eam ipsam esse horam, qua Christus ei dixerat, filius tuus uiuit: unde colligebat uerba Christi in causa fuisse sanitatis filij sui. crediditq; ipse & domus eius tota, atq; hoc ē, q̄ tam per septe credidit pater, uere etiā sanatus in anima.

Chrystost.

¶ Hoc iterum secundū signum fecit Iesus, cum uenisset à Iudæa in Galilæam. Ideo cōmemorat euāgelista, ut manifestaret laus Samaritanorū, qui sine miraculo illo plus credebant q̄ Galilæi iam post alterū signum. Illic namq; ad sermonem Christi credidit mulier Samaritana cū tota ciuitate sua Sichar, hic ad miraculū tm̄ solus credidit cū familia sua regulus, ut recte exprobrat illud Iudæis Stephanus, Dura ceruice & incircumscissis cordibus, uos semper spiritu sancto resististis.

Johan. 4.

Actuū. 7

¶ Quis porro dubitet omnia hæc ita iuxta historiā contigisse ut enarrat euāgelista: sed tamen q̄ opera Christi etiam signa sunt, patres illud etiam mystice exponunt. (posses hic facere sextuplices expositiones, adeo abundant symbola.) facile namq; per regulū ipsum nostrum intelliges animum: qui q̄ exiguus est potestatis, bene regulus dicitur, cuius filius spūs est in carne, febris autē feruor & æstus est peruersæ cōcupiscentiæ, iuxta illud Sapientis, Anima calida sicut ignis exardescens. Istū ergo per gratiā suā sanat dñs. Septem horæ multis modis exponi possunt. una. n. & prima hora in contritione cordis est, tres in cōfessione, eo quod illā

Roma. 7
Ecci. 14

ueracē, integrā & simplicem esse oportet: & tres rursus in
satisfactiōe, ieiuniū, oratio & elemosyna. possunt etiā ille
referri ad septē illuminatiōes solis iustitiæ in incarnatio-
ne, natiuitate, circūcisione, baptismo, ieiunio, p̄dicatione
& miraculis, passiōe & morte. Possunt & exponi secundū
septem articulos passiōis dominicæ, uel etiā referantur
ad septem illa, quibus hō liberatur à pct̄is, quorū primum
est peccati grauitas. 2. amaritudo eiusdem. 3. tadium ex il-
lo conceptum. 4. horror peccādi. 5. ignominia. 6. abomi-
natio hominum & contemptus corā mundo. 7. aduersi-
tas quæ alicui ex peccato accidit. Aut si mauis, refer has
septem horas ad septem gradus, quibus homo ad uerā ani-
mi contritiōem ascendit & p̄nitentiā. ex ijs primus ē,
p̄nitentiæ necessitas, eo q̄ sine illa nemo intrare potest
regnum celorum. 2. facilitas eiusdem. 3. insignis fructus
& immensa p̄nitentiæ utilitas. concludit enim illa infer-
num, aperit calum, recōciliat nos deo, uirtutes & opera
bona reuocat. 4. æquitas p̄nitendi, quoniā cū Christus
pro nobis passus sit amarissime, non & nos aliquid patie-
mur pro peccatis nostris. 5. ingens peccati incommodū,
(dic latissime ex summa Paraldi) 6. magnitudo & acerbi-
tas p̄næ peccati. 7. incertitudo horæ mortis. quamobrē
& dominus dixit, **Vigilate**, q̄a nescitis quando dñs domus
uenturus sit. possent id genus plures aliæ uia ostendi, sed
trāseo. **Theophy.** hic breuiter ingit: **Qis hō est regulus q̄dā,**
nō solū q̄a cognatus, p̄pter animā regi oīm, sed & q̄
ipse regiā dignitatē super oēs accepit creaturas: & is qui-
dē sentit sp̄m suū elāguere, uoluptatū urgēte cōcupi-
scentia. Cū autē ad dñm currit, orās illū ut descēdat, hoc ē,
m̄tam sibi exhibeat & pct̄ā dimittat, prius q̄ moriatur in
ægritudine uoluptatū. si q̄dē ubi nō misertus nostri domi-
nus, iniquitates nobis nostras obseruaret ad uindictā, quis
obsecro sustineret? **Sin** ꝑo ad dominū ueniēs ueniā postu-
ler, tūc animus suus & santratē recipiet, dicēte sibi domi-
no: **Vade, filius tu⁹ uiuit.** hoc ē, ne desistas à bono, sed per-
gēs ad cumula bona opa, & uiuet filius tuus. quisquis em̄
nō pergit & p̄cedit semper cōtinuo gradu indefessus, ei⁹
anima salua nō fiet, iuxta illud **Bernardi.** **Stare in uia dei,**
est retrocedere. **Oremus iam dominum deum &c.**

Dulcra
sunt hęc
de septena-
rio.

Septē
gradus ad
p̄nitenti-
am.

Marci. 13

Theophy.

Sene. 2

Psalm. 129